Recevi del D.r D.n Antonio Porcel dos p.s treinta, los 2 p.s por la compostura y tres r.s de papel que entro en dha compostura para que el D.r Barros pague lo que tengo escrito adho s.r dierta en Moscari a 2 del Marzo de 1742

Ildefonso Rodriguez
y tapia

~~Perte~~,

Petrus de Vargas, Valdez Menezes

Vargaz Valdez Menezes

Catarina Larguia

UT IN MISSALI ROMANO IN MISSA DE PASSIONE D. N. Jesu-Christi preter sequentia.

ORATIO.

DEus, qui Unigeniti Filij tui Passione, & per quinque vulnera ejus Sanguinis effusione, humanā naturam peccato perditam reparasti: tribue nobis quæsumus, ut qui ab eo suscepta vulnera veneramur in terris, ejusdem pretiosissimi Sanguinis fructum consequi mereamur in cœlis. Per eumdem Dominum &c.

Secreta.

MAjestati tuę, quęsumu Domine. accepta sin dona, in quibus ipsa Unigeni ti tui vulnera tibi offerimu nostræ prætia libertati. Per eū dem Dominum.

Et fit commemoratio fer.

Post Communio.

REfecti vitalibus alimo nijs, quæsumus Domine Deus noster, ut qui vulner Domini nostri Jesu Christi ho die devote colimus, hæc i nostris cordibus impressa mo ribus, & vita teneamus. Pe Dominum &c. *Et fit com. fe*

DECRETUM.

O*Fficium proprium, & Missa Quinque Plagarum D. N: I. C fuit concessum pro Monialibus S. Mariæ Angelorum Civitat Florentiæ, ex Decr. S. R. C. die 4. Iulij 1783. Deinde extensum pe spetiale Decr. eiusd. S. R. C. die 5. Maij 1739. pro Fratribus So cietatis Iesu Provinciarum Peruntinæ, Mexicanæ, Paraguatensis, Chi lensis, Quitensis Novi Regni, ac Philippinarum in Indijs Occidenta libus, ut ipsi singulis annis 1. die Veneris Quadrg. aut alia Feria no impedita, supradictum Officium, & Missam celebrare posint, & va leant. Posteaque Simile Indultum extensum pariter est per particula ria Decreta Sacr. Rit. Congr. pro Archiepiscopatibus Limano, Pla tensi, Pacensi, & Sanctæ Crucis in Regno Peruano, ut ab omnibus Sæ cularibus, & Regularibus vtriusque sexus, qui ad Horas Canonica tenentur supradictum Offic. & Missa eodem die, respectivè, celebra ri valeat.*

IN FESTO.
S. FRANCISCI
SOLANI.

ORDINIS MINORUM OBSERVANTIUM DUPLEX.

Cum Lectionibus, secundi, & tertij Nocturni, ac Oratione, pro die festi, & eius Octava in tota Religione S. Francisci, ex Decr. 26. Junij, 1751. ac pro alijs, quibus ex Indulto Apostolico concessum est à SS. D. N. Clem. X, *scilicet: In Oppido Montilliæ, Civitate Limæ, & Provincia Theucumanæ, sub die 25. Junuarij 1675.*

ORATIO.

Deus, qui plurimas Americæ gentes per Beatum Franciscum ad sinum Ecclesiæ perduxisti, ejus meritis, & precibus indignationem tuam à peccatis nostris averte, & in gentes, quæ te non cognoverunt, timorem nominis tui benignus immite. Per Dominum nostrum &c.

LECTIONES SECUNDI NOCTURNI. *Lectio* iv.

FRANCISCUS SOLANUS Montiliæ, hispaniç Bæticç oppido, nobili genere natus, ac Domini timorem jam inde à puero edoctus, Apostolico muneri, quod erat postea susceptarus, in ea ætate prælusit. Nam condiscipulos, & natu maiores ardenti oratione ad pænitentiam hortari, dissidentes componere, res humanas contemnere, Divinas serio meditari solitus erat. Adolescens in Ordinem Fratrum Minorum Observantium nomen dedit, in eoque asperioris disciplinæ, humilitatis, ac pietatis exemplis oculos omnium ad se trahere cæpit. Lectulus illi juncorum strues, pro indusio cilicium, quod grandi fune ita stringebat, ut latera acerrime discruciaret. Noctu se flagris, & catenis

tenis cedebat; dies anni complures pane tantum, & aqua victitavit; seque aliquando in spinarum acervos nudum projecit, Beatum Franciscum imitatus, ut sensus omnis patientia doloris frangeretur. In sacris autem concionibus ipsius charitas maxime enituit, qua plurimos Christo lucrifecit.

Lectio v.

PEstilentia per Bæticam sæviente, ad corpora simul animasque curandas se totum convertit; & ipse lue mortali tandem implicitus, ac Dei manu è periculo ereptus in pristino ministerio constantius perstitit, dum morbus omnino extingueretur. Puerum quoque fædis ulceribus laborantem, ea lambendo, sanitati restituit. Exinde magnum esse cæpit in Bætica Solani nomen. Sed ille hominum laudes aversatus, Deique gloriam, non suam, unice quærens, superiores oravit, ut se in Africam mitterent ad Catholicam Fidem prędicandã, pro qua etiam, si se daret occasio vitam profundere peroptabat. Missione Africana non impetrata, Americanam obtinuit; magnisque periculis, non sine miraculo, mari, terraque perfunctus ad sibi paratam à Domino vineam lætus accessit; à qua colenda nulla eum itinerum longitudo, aut vigiliarum molestia retardavit.

Lectio vi.

PEruanas regiones assidue peragrans ingentem numerum Infidelium ad Christum convertit, Christianos à vita impuritate ad honestatem passim traduxit. Sæpe in concione, cum copiose de Deo, eiusque Virgine Matre locutus esset, in extasim rapiebatur; aliquando de Domini cruciatibus verba facturus, voce lacrymis interclusa, audientium fletus, ac gemitus eliciebat. Summis tandem laboribus pro De[i] gloria amplificanda confectu[s] mortemque præsentiens im[-]minentem, Sacramentis per[-]ceptis ad iter cæleste se com[-]paravit; ac totus in Domin[i] cogitatione defixus, piasqu[e] preces ad eum fundens, & i[n] Crucis figuram compositis ma[-]nibus, expiravit ætatis anno s[e-]cundo, & sexagesimo, Chri[sti] millesimo sexcentesimo dec[i-]mo, festo ipso die Sancti Doc[-]toris Bonaventuræ, quem ex

3 H Cursu in manay unibersy de die 8 Augus m

mia pietate in omni vita fuerat prosecutus. Demortui color antea subniger est in album mutatus, vultusque species venusta confestim apparuit, & suavis odor è corpore cæpit erumpere.

IN DIE OCTAVA.

Lectiones secundi Nocturni.

Lectio iv.

GEntium lingua divinitus percepta Franciscus cum sermones haberet suavissimos, hoc, Deo favente, est consecutus, ut barbari, posita feritate, ad eum ultro erudiendi, ac certatim accurrerent, quos multitudine innumerabiles fonte sacro regeneravit; à quibus etiam rogando, vel monendo impetrabat, quæ alias timor pęnarum nullo modo extorquere potuisset. Quantum eius pręsentia, & loquendi vis apud omnes valeret, tunc maximę patuit, cum in Vrbe Rioxa Thecumanæ provinciæ multa millia Infidelium, Christianos in cives Passionis Dominicę recolendis mysterijs operam dantes armata manu irruentium, verbo Dei exarmavit, ferosque homines diversæ linguæ, nec sibi notæ una lingua allocutus non solum composuit, sed novem plus millia ad Christum convertit.

Lectio v.

IN tanta luce factorum admirabilium, cum maximus alijs, sibi minimus omnium videretur, ipse ad latibula confugiebat, nec nisi retractus pręfectorum imperio prodibat in publicum ad ministeria obeunda: in quibus illud fuit illustre, quod Limam missus Americæ principem civitatem, ut incolas ad pænitentiam traduceret, velut alter Jonas, extrema supplicia, urbisque cladem interminatus, nisi sua ipsi crimina detestati pænas ultro susciperent, moresque emendarent; cohortando, increpandoque pervicit, ut omnes vitæ anteactæ pæniteret, & salutari confessione, ac pietatis operibus peccata sua expiarent. Servi sui sanctitatem multitudine, & excellentia miraculorum Dominus confirmavit. Aliquot mortui Solani precibus revixerunt: è terra arida fontes exitati, qui sunt adhuc perennes, & salutares: trajecta flumina pallio super undas instrato, nec eius pedibus madefactis: belluarum ferocia ita compressa, ut ipsi etiam obtem-

tem-

temperarent: locuſtæ ſegetem tritici populantes in montes ire coactæ ab eo indicatos: torpentibus membris, & arefactis repente ſenſus, ac motus reſtitutus.

Lectio vi.

QUibus omnium præconio celebratis, ac rite cognitis Clemens Decimus eum Beatis adſcripſit, eiuſque officium, & Miſſam in Thecumana provincia, ubi Fidei Catholicæ nova ſemina jecerat; Montiliæ, ubi natus, Limæ, ubi defunctus; & in Fratrum Minorum obſervantium Ordine univerſo celebrari permiſit. Novis poſtea miraculis gloriam Solani Dominus propagavit. Mulierem inſanabili cancro laborantem ſanitate donavit. Peſtiferam luem magna civium ſtrage Montiliæ ſevientem repente extinxit. Virginem tempore peſtilentiæ omnino depoſitam à pręſenti periculo liberavit. Quibus etiam probatis, à Benedicto Decimotertio Sanctorum in album relatus eſt anno Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſexto.

Limæ in Tipographia ad Divi Chriſtophori Plateam, ad Novos Recitatus aſsignata.

istud, quóniam virum non cognósco? Et respóndens Gábriel Angelus, dixit ei: Spíritus sanctus supervéniet in te, & virtus Altíssimi obumbrábit tibi.
Capitul. Ecce vir Gábriel. ut suprà. ccxvi. Hymnus.

Placáre, Christe, sérvulis,
Quibus Patris cleméntiam
Tuæ ad Tribúnal grátiæ
Patróna Virgo póstulat.
Et vos beáta per novem
Distíncta gyros, Agmina,
Antíqua cum præséntibus,
Futúra damna péllite.
Auférte Gentem pérfidam
Credéntium de finibus;
Ut unus omnes únicum
Ovile nos Pastor regat.
Deo Patri sit glória,
Natóque Patris único,
Sancto simul Paráclito,
In sempitérna sæcula. Amen.

℣. Stetit Angelus juxta aram templi. ℟. Habens thuríbulum áureum in manu sua.
Ad Benedictus, Antiphona. Gábriel Angelus descéndit ad Zacharíam, & ait illi: Uxor tua páriet tibi filium, & vocábis nomen ejus Joánnem, & multi in nativitáte ejus gaudébunt: ipse enim præíbit ante fáciem Dómini paráre vias ejus.
Oratio. Deus, qui inter céteros. ut suprà. ccxvii.
In Quadr. fit commem. Fer.
Ad Tertiam, Antiphona. Ait autem. Capit. Ecce vir Gábriel. ut suprà.
℟. breve. Stetit Angelus, * Juxta aram templi. Stetit. ℣. Habens thuríbulum áureum in manu sua. Juxta. Glória Patri. Stetit.
℣. Ascéndit fumus arómatum in conspéctu Dómini. ℟. De manu Angeli.
Ad Sextam, Aña. Ego sum Gábriel. Capitulum. Dan. 9.
Ego autem veni, ut indicárem tibi, quia vir desideriórum es. Septuagínta hebdómades abbreviátæ sunt, ut finem accípiat peccátum, & impleátur vísio, & prophetía, & ungátur Sanctus Sanctórum.
℟. breve. Ascéndit fumus arómatum, * In conspéctu Dómini. Ascéndit fumus. ℣. De manu Angeli. In conspéctu. Glória Patri. Ascéndit. ℣. In conspéctu Angelórum psallam tibi, Deus meus. ℟. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo.
Ad Nonam, Antiphona. Dixit autem María.
Capitulum. Dan. 9.
Scito ergo, & animadvérte: Ab éxitu sermónis, ut íterum ædificétur Jerúsalem, usque ad Christum ducem hebdómades septem, & hebdómades sexagínta duæ erunt. ℟. breve. In conspéctu Angelórum, * Psallam tibi Deus meus. In conspéctu. ℣. Adorábo ad templum sanctum tuum, & confitébor nómini tuo. Psal-

Soy del Presvitero D.n Casi-
miro Rarguido, Valdellermes
Vargas